



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

In Festo S. Marci Euangelistæ. Designauit Dominus & alios septuaginta &c.
Luc. 10. 1. De ipsis quatuor Euangelistis. 2. De quaternarij mysterio rerum
Ecclesiæ multiplici. 3. De mysterio quatuor ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)

parum religiosus est, minus reuerens, omnisque humanitatis expers & obsequij, qui sponsam reueretur, & sponsum negligit.

Honorate ergo, & colite eum: sanctum Christiani, quem caeli simul & terra coluere, quem toties allocuti sunt angeli, cui diuina mysteria & arcana reuelata fuere, sanctum inquam, quem Deipara Virgo tanto & affectu & honore est profecuta, quem Redemptor ipse Christus tantoperè amauit & reueritus est; quem Spiritus sanctus ita sanctificauit, quem denique vniuersa SS. Trinitas tantum extulit, & omni virtutum, meritorum, perfectionumque genere cumulauit.

Aequissimum potè & maximè par est, beatissime Confessor, te hic in terris à nobis coli honore, quo in caelis ab omnibus coleris & afficeris: sed honore quodam singulari, & quo nulla penitus creaturarum affici mesetur, coli inquam velut hominum Angelorumque Regiæ sponsum, velut filij DEI patrem, velut Messiae tutorem, velut gubernatorem eius, qui gubernat & regit vniuersa, velut Iesu Christi nutritium, velut magnum in domo Dei oconomum, denique vt omnium thesaurorum caelestium custodem & gazophylacem. Ob hos titulos, aliasque rationes plurimas omni te honoris genere prosequimur, & omnigenas tibi preces & suffragia deferimus. Nostra igitur vota, quæso, admittere, preces nostras exaudire, nobisque esse propitius dignare, beatissime Iosephe, pro nobis intercede, nostri recordare, experiamur, obsecro te deprecante, qua tum in caelo, tum in terra, in Ecclesia triumphante iuxta ac militante, auctoritate polleas: præsta denique, vt per intercessionem tuam, & deprecationes æterna potiri gloria mereamur, cuius nos sanctissima Trinitas confortes efficiat.

Amen.

os(·)s

IN FESTO S. MARCI EVANGELISTAE.

Partitio.

- I. De ipsis quatuor Evangelistis.
- II. De quaternarij mysterio rerum Ecclesie multiplici.
- III. De mysterio quatuor animalium.
- IV. De præcellentia Evangelistarum præ Veterum Testam. conditoribus.
- V. De S. Marco historia.
- VI. De symbolico ipsius Leone.

Designauit Dominus & alios septuaginta
discipulos, &c. Luc. 10.

FIGURA.

VIDIT Ioannes in Apocalypsi nouum *Apoc. 10.*
quoddam Angeli genus, & quales nullus in vniuerso Scripturæ theatro apparuisse conuenitur; viribus fuisse dicitur athleticis, & validus vt qui maxime, clamorem etiam Leoni per deserta rugienti persimilem emisisse; libellum quoque apertum manu tenuisse, pede dextro mare, sinistro terram pressisse. Mysterium hoc necum vbi excurio, omnesque circumstantias illius dum sigillatim enucico, ipse mihi certo certius persuadeo, veram hic Diui Marci Evangelistæ imaginem ac figuram nobis ob oculos poni. Angelus quippe dicitur, quod angelico ritu vitam duxerit; vires illius & rugitus ad prædicationem, & ad Leonis figuram, quæ vulgo ei inter ceteros Evangelistas à pictoribus tribui solet, haud inepte quis transferat, libellus quem Angelus manu gestasse scribitur, Euangelium illius designat, quod ceterorum Evangelistarum respectu exiguum est, atque ideo compendium & Epitome Euangelij S. Matthæi à nonnullis appellatur. Quod autem pedum alter super mare & super terram alter extensus dicatur, non aliam huius rei rationem dari posse puto, quam quod gloriosus hic Apostolus obsequio suo & cultui dedicatas duas orbis tum potentissimas, tum etiam pulcherrimas vrbes habuerit, VRAM in terra & continenti constitutam, Alexan-

Alexandriam videlicet totius Aegypti caput; alteram vero in mari, noua sane aedificandi ratione, constructam, Venetias. Hoc vnico tantum discrimine, quod pes dexter huic innixus sit, quae haecenus feliciter auitam maiorum fidem inuolantem, integramque conseruauit; si ille, uero illi, quae deploranda pro dolor, ruina eadem excidit, & misere in fide ac Religione Christiana naufragium fecit.

Ceterum omnia quam aptissime coincidunt, ut uero singulas similitudines conuenientiasque uobis delectem, & gloriosi huius Euangelistae caelo iam donati triumphum deprecem, ad caelum oculos conuertemus, & genua in terra supplices prosternamus, gratiam sanctissimi Spiritus quam humillime deprecatur; ut uero Deipara suis apud illum nos intercessionibus adiuuet, nostras illi preces offeramus, & omnes salutatione illam Angelica compellemus.

AUE MARIA.

I. *Exod. 36.* Celebris Hebraeorum legislator Mysteriorumque diuinorum interpres Moyses, uetus Iudaeorum Tabernaculum describens, quatuor ut columnas de lignis setim constitueret, easque auro conuestiret, quarum capitella etiam aurea & bases argenteae forent, à Deo sibi mandatum fuisse affirmat; è quibus magnum uelum ex hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & bysso retorta, eleganter & artificiose, & pulchra uarietate contextum dependeret, *Quod appendens ante quatuor columnas de lignis setim, quae ipse quidem deauratae erunt, & habebunt capita aurea, sed bases argenteas, &c.* Origenes & quotquot locum hunc tetigere, eiuque mysteria inuestigarunt, paucis exceptis, per quatuor haec columnas tabernaculi, quatuor Euangelistas Ecclesiae nostrae designari credidere: ipsi enim sunt ueluti quatuor fulcra & sustentacula de lignis setim composita, id est, uiri uitae incorruptibilis, & uirtutibus varijs circumquaque deauratis; quorum capita aurea sunt, quod non nisi mera charitas; bases uero argenteae, quod in sapientia quadam caelesti fundati ac stabiliti sunt; atque è quatuor his magnum secretorum uelamen dependet, quo sancta sanctorum teguntur, quod pro temporum, locorum, *Bess. de Sanctis.*

Quatuor Euangelistae per 4 columnas tabernaculi Mosaiici designantur.

personarumque diuersitate caelestia ac diuina mysteria tegant aut detegant, obserent uel referent.

Idem ipsi designati fuere per quatuor illos circulos; aut annulos aureos, qui in quatuor angulis mensae propositionis uisibantur, de quibus *Exod. 25. Et quatuor circulos aureos, quos ponet per quatuor arca angulos.* Haec est expositio Ruperti & aliorum, qui hocce mysterium explicantes, quatuor Euangelistas aurearum antularum instar fuisse aiunt, qui circumscus sacram Christi humanitatem, sacram inquam mensam propositionis, in qua nimirum Pater caelestis gratiae delicias proponit, sustinebant, quam diuina Ministrorum suorum uerbo praedicatione sua, scriptis per quatuor mundi angulos derulere. si Psalmistae credere uoluerimus, dicenti, *In omnem terram exiit sonus eorum.*

Exod. 25.

Lib. 4 in Exod. c. 5.

Psal. 18.

Penitius etiam profundiusque in Tabernaculum Mosaicum progrediens, inter cetera superbum ibi candelabrum intueor: cuius in haec quatuor scyphos & quatuor sphaeras aureas contemplet. Textus uerba sunt haec, *In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nunciis modum, sphaerulaeque per singulos candelabri tabernaculi.* Singula haec sancta quadam meditatione examinando, crediderim, sicut per candelabrum Ecclesia, per hastile uero Christus denotatur, ita scyphis illis ac sphaeris aureis Euangelistas designari: in illos enim, uelut in quatuor pretiosas pateras diuina Saluator mysteria infundit; & per illos ueluti per globos ac sphaeras caeli nobis motus denotantur; de illis enim non minus quam de Apostolis illud Psalmographi dici queat, *Caeli enarrant gloriam Dei.*

Exod. 28.

Quatuor Euangelistae denotati per quatuor scyphos & quatuor sphaeras aureas.

In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nunciis modum, sphaerulaeque per singulos candelabri tabernaculi.

Ex lib. 4 in Exod. c. 5.

Ex lib. 4 in Exod. c. 5.

Ex lib. 4 in Exod. c. 5.

Ex lib. 4 in Exod. c. 5.

Ex lib. 4 in Exod. c. 5.

Apud Zachariam Prophetam quatuor descripti fabri, quos Deus Prophetae spectandos dedit, *Et ostendit mihi Dominus quatuor viros.* Magnus Doctor Hieronymus locum interpretatus ait, existimasse nonnullos, per quatuor hosce fabros quatuor Euangelistas denotari, qui fabricorum instar sancta quadam charitatis arma aduersus haereticorum rabiem, paganorumque superstitionem & gentilem coecitatem fabricarunt. Audite quid sanctus hic Doctor scripserit: *Legi in cuiusdam commentarijs quatuor fabros quatuor Euangelistas intelligi. Ipsum quidem scio per quatuor hosce fabros quatuor uirtutes cardinales designari, quas quatuor*

Psal. 18.

Zach. 1.

Quatuor Euangelistae denotati per quatuor scyphos & quatuor sphaeras aureas.

Ex lib. 4 in Exod. c. 5.

Ex lib. 4 in Exod. c. 5.

Ex lib. 4 in Exod. c. 5.

Ex lib. 4 in Exod. c. 5.

Ex lib. 4 in Exod. c. 5.

T

quatuor

quatuor animæ passionibus, per quatuor cornua, quæ eodem tempore Propheta viderat, denotatis opponit, sed hoc non impedit, quominus quatuor etiam Euangelistæ per fabros hosce denotentur.

4. Euangelistæ per quadrigam Abacuc denotantur.

Sub alterius ænigmatis vel potius emblematis inuolucris spectandos eos proponit Propheta Abacuc, cum de quadriga & curru triumphali, quo Dei diuinitas inuehitur, & à quo hominum salus ac liberatio dependet, agit, verba sunt, *Qui ascendit super equos, & quadriga tua saluatio*. Sanctus Augustinus inter primos locum hunc explicans, & quidem n. yflice, ait, generosos hosce equos & currum triumphalem quatuor rotis inuectum, Euangelij Dei imaginem præferre, quod quatuor magni secretarij, id est, quatuor Euangelistæ, scripsere & diuulgauerunt, qui & manu & lingua Christum triumphantem & gloriosum per quatuor mundi plagas detulere: currus autem hic *quadriga saluatio* nuncupatur. Euangelium enim Dei omnibus, qui credere in ipsum voluerint, saluti est.

Cum hac expositione coincidit sententia veteris cuiusdam scriptoris, cuius S. Hieronymus in sextum Zacharie caput commentatus meminit, qui quatuor illos currus, quos olim Propheta vidit (quorum primus equos habebat rufos, secundus nigros, tertius albos, & postremus diuersicolores) examinans, quatuor Euangelistis accommodat.

Legi, inquit Hieronymus, in cuiusdam volumine, quatuor has quadrigas quatuor esse Euangelia, & equos Apostolos per diuersitatem colorum diuersas gratias possidentes. Ac deinde quatuor hos equorum colores morali sensu exponens ait, primos ob martyrio effusum sanguinem rubicundos esse, alios ob difficilem & tenebrosam mysteriorum fidei prædicationem nigros, tertios ob virginitatem candidos, postremos denique ob donorum, gratiarum virtutumque cælitus collatarum diuersitatem diuersicolores.

Hactenus hæc exordij & introitus loco egregijs figuris & tropis condecorata, idque occasione sancti Marci, qui vnus de numero quatuor horum Euangelistarum, cuiusq; hodierna die solennitatem celebramus. Hoc autem Ecclesia Euangelium hodie legit, *Designauit Dominus & alios septuaginta duos. Ad*

huius honorem vt egregium quid & festo dignum afferam, idque metodo ordinaria, primo in genere de quatuor Euangelistis loquar, deinde singulatim ad S. Marcum velur ad cælestis huius cohortis principulum descendam.

Primo igitur cum Ecclesia vniuersali credimus, non nisi quatuor Euangelistas esse, velut quatuor diuinos notarios & generales totius reipub. Christianæ religionis secretarios. Non sine ratione autem Deus in hunc eos numerum contraxit, nempe, vt ait Philo Iudæus, quaternarius perfectissimus est, ac primus eorum, qui de natura corporis solidi participant; vnitas respondet puncto, binarius lineæ, ternarius, qui ad latitudinem spectat, superficiei, & quaternarius, qui altitudinem signat, corpori solido. Atque ideo aliaque ob rationes, sancti Euangelistæ tapenunero per hunc numerum in sacris denotantur: vt in primis in ipso Geneseos limine, vbi de quatuor magis fluminibus sermo est, quæ e paradiso terrestri se orientia, a quibus omni terra faciem irrigabant, *Et fluius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita*. Tertius hic paradysus Ecclesia est, ingens qui ex eo prorumpit fluius, ipse Christus, de quo scriptum: *Fluminis imperus latificat ciuitatem Dei*. Quatuor porro capita, in quæ dispersitur, quatuor Euangelistæ sunt, qui magnorum ac turgentium fluminum instar, doctrinæ suæ irriguo omnia terrarum climata irrigant. Atque hoc modo interpretatur S. Hieronymus, *Ecclesia quatuor flumina, paradisi instar eructans, id est, quatuor Euangelia*. Prol. Matt. Exod. 22.

Veniit mihi hic in mentem eius, quod in Exodo scriptum est, in quo habetur Moyse Deum præcepisse, vt rationale iudicij faceret quadrangulum, cui duo illa verba, doctrina & veritas in sculperet, vtq; summus Pontifex Aaron in pectore suo hoc gestaret. *Rationale quoque iudicij facies opere polymito, &c. quadrangulum erit & duplex*. Excellentius modo iudicij Rationale habemus, Euangelium, inquam, quod rationem instruit, docetq; sincere & cæcæ de omnibus rebus diiudicare. Huic in sculpta sunt Doctrina & veritas: quæ enim dignior & eminentior doctrina Euangelica? quæ veritas etiam ceteris & diuiniore quadrangulum porro.

II. Non nisi 4. Euangelistæ. Lib. de epif. mundi & l. 3. de vita Moysi.

Gen. 2.

S. Hiero. in Prol. Matt. Exod. 22.

Euangelij collatum rationali Pontificis, quod erat quadrangulum.

porro.

porro est, id est, quatuor formas ostendit, quod non nisi quatuor sint Evangelista, quæ figura solidissima est, quæ nec inferni machinas, nec mundi persecutiones reformidat.

In huius rei signum refert in Apocalypsi Iohannes, vidisse se civitatem admirabilem in quadro fundatam, & civitas in quadro posita est, &c.

Ecclesia vera quædam civitas est, & civitas, de qua tot mirabilia referuntur, *Gloriosa dicta sunt de re civitas Dei*. Atque hæc in quadro posita; tum ad firmitatem immobilitatemque, tum ad quatuor Evangelia, quibus illa velut validis quibusdam columnis innititur, designanda.

Quibus egregie admodum illud Gregorij de Concilijs generalibus prolatum aptari queat, *In his velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura conjungit* Fidei enim quatuor Evangelistarum omnis fides & Ecclesiæ religio innititur.

Augustinus libro 1. de consensu concentuque Evangelistarum, quatuor hosce Secretarios quatuor totius orbis terrarum partibus assimilat; ait enim, *Ob hoc fortasse quatuor sunt Evangelistæ, quoniam quatuor sunt partes orbis terræ: per cuius universitatem Christi Ecclesiam dilataturi, ipsi sui numeri sacramento declarantur*. Atque hoc ipsa Principi Apostolorum sub alia quadam figura representatum fuit, Actorum capite 10. cum Deus linteam quoddam magnum cælo descendens omni animantium genere refertum, & quatuor extremitatibus in terram deperdens illi ostendit. Quatuor hæc extremitates, ceteris omissis, Apostolo huic significabant, quatuor mundi angulos omne hominum genus complectentes, ad Christi fidem convertendos, & Christiana religione imbuedos.

Inuentum hoc approbavit iam olim sanctus Irenæus, atque, quemadmodum quatuor universi partes sunt, Oriens, occidens, septentrio & meridies, & quatuor venti principes, qui è quatuor hisce partibus spirant; ita quoque Deum statuisse, ut in Ecclesia quatuor spiritus vita dominarentur, & quatuor bases forent primariæ, quibus omnis illius moles incumberet, quatuor inquam Evangelistæ. Verba quæ profertur digna sunt: *Quoniam quatuor sunt regiones mundi, in quo sumus, & quatuor principales spiritus, & disseminata est Ecclesia super*

omnem terram; columna autem & firmamentum Ecclesia est Evangelium spiritus vita, consequens est, quatuor habere eam columnas, quatuor inquam Evangelistas.

Hosce conceptus profecutus assero, quod quemadmodum in mundo quatuor elementa sunt, quæ veluti summi præsidēs, à quorum nutu omnis rerum natura dependet ac regitur; Ignis, aer, aqua & terra, quæ in omnium rerum compositionem ingrediuntur, & sine quibus nemo in orbe vivere potest; ita quoque Ecclesia quatuor habeat Evangelia, velut propria sibi elementa, à quorum virtute & influenza omnis animæ salus hic dependet: inter hæc S. Iohannes maxime sublimis est, & igni ardenti similis, qui ad usque divinitatem pertingit, & profunda mysteria enucleat. S. Lucas omnium infimus, terramque representans, perque bovem, quod animal terreste terramque excolere natum, designatur; Noster autem Marcus per aerem denotatur, ut pote qui à clamoribus & rugitu Leonis, quæ voces suas & sonitus per aera reboantes in aere efformati, inque aerea regione dominantes, Evangelium suum exordiat.

A Phylis conceptus hic præceptionibus efformatus est, at ecce iam alium è Theologorum serinīs deceptum. Septimo Apocalypsis cap. scripsit Iohannes, apparuisse sibi quatuor Angelos, stantes super quatuor orbis cardines, quatuorque ventorum habere manus tenentes; *Postea vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ tenentes quatuor* Apoc. de-ventos terra. Quatuor hi spiritus cælestes quatuor haud dubie Evangelistas designant, nam velut nunciij legatique quidam divinitatis, mundo universo, Filij Dei in mundum advenitum natiuitatemque nuntiant.

In Exodo iussit Moyse Deus, ut quatuor aureas anfulas faceret, easque arcæ angulis, quod de loco in locum facile deferri posset, infereret, *Et quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arca angulos*. Quid hoc sibi mysteriū vellet, mecum ipse perpendens, Patreque veteres in consilium adhibens, inter ceteros video Gregorium dicere, per Arcam hanc Ecclesiam designari; per quatuor illos circulos quatuor Evangelistas, quorum adminiculo sancta illa Dei arca, velut anfulis quibusdam, à Doctoribus & Prædicatoribus, per universum ter-

Quatuor item elementa Ecclesiæ.

Apoc. 7. Quatuor Evangelidines, quatuorque ventorum habere manus tenentes; Apoc. de-ventos terra. Quatuor hi spiritus cælestes quatuor haud dubie Evangelistas designant, nam

Exod. 23. In Prolog. Matth.

Lib. 1. epist. c. 4.
Lib. 1. de consensu Euang. c. 2.
Quatuor Evangelistæ quatuor orbis partibus assimilantur.
A. 19.
Lib. 3. c. 11.
Quatuor Evangelistæ sunt 4. venti & Ecclesiæ bases.

rarum orbem circumfertur, audite eiusdem verbis, quæ ipse concepi, exponi, *Ecclesia quatuor angulos habet, id est, Evangelia, per quos quasi arcæ testamenti, & custos legis Domini vehitur.*

Apoc. 4.

Omnes hæc figuræ egregiæ mihi & exquisitæ videntur, sed quo profundius scripturarum adyta ingredior, admirabiliores etiam alias reperio; & in primis vnam in libro Apoc. quæ quamuis communis & omnibus aperta videatur, tamen bene considerata & mature perpenſa, ceteris videtur antecellere. Hic vidisse se Ioannes, ait circa thronum agni quatuor animalia plena oculis ante & retro & intrinsecus, sex alis cooperta; quorum primum simile Leoni, secundum vitulo, tertium homini, & quartum simile Aquilæ volantis. *Et in medio sedis & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante & retro, & animal primum simile Leoni, & secundum simile vitulo.* Visio hæc non multum ab Ezechielis visione discrepat, quam is primo Prophetiæ suæ capite vidit.

III. Quatuor sedes Patriarchales per 4. Apoc. animalia denotata.

Act. 20.

Scio Lyranum, dum quatuor hæc animalia mystice exponit, per eadem quatuor sedes Patriarchales intelligere, Hierosolymitanam scilicet in Leone figuratam, idque propter constantiam Apostolorum, qui audacter & confidenter sine vilo tormentorum minarumque metu Iesu Christi resurrectionem predicabã; deinde Antiocheam in boue denotatam, quod obediens, & morigera, iugum Apostolorum, Hierosolymis commorantium, subire non detrectauerit, atque hæc in urbe discipuli, uti in Actorum historia describitur, credentes primum Christiani appellati sunt. Tertiam Alexandrinam, quam facies hominis designabat, eo quod plurimi viri docti, & in omni scientia ac disciplina celebres Alexandriæ floruerint, eamque celebrem reddidere, inter quos eluxere Athanasius, Clemens & Cyrillus Alexandrini. Quartam denique Constantinopolitanam, cuius imago fuit Aquila, quod illa viros rerum diuinarum contemplatione celebres, ac sublime euolare meditando assuetos educarit, quales Ioannes Chrylloſtomus, Episcopus Constantinopolcos, tamenſi Antiochiæ natus, sanctus Gregorius Nazianzenus & alij plurimi.

Lib. 3. de virgin.

Aliter hoc exponit Ambrosius, aitque per quatuor hæc animalia quatuor virtutes significa-

ri cardinales; per Leonem quidem fortitudinem, qui fortissimus & potentissimus animalium est; per vitulum iustitiam, per aquilam temperantiam, adeo enim sobria & temperans esse dicitur Aquila, ut etiam stimulante fame nullam sit prædam deuoratura, nisi quam ipsa ceperit; per hominem vero prudentiam: homo enim hac virtute si caruerit, non homo, sed bestia est.

Huic opinioni refragatur Abulensis, aliamque viam longe diuersam insistens, quam tamen Rupertus Pannonius, Aretas & Glossa ordinaria insisterent, credit: per quatuor hæc animalia, adeo & moribus & schemate externo a se inuicem discrepantia, mystice Christum ipsum designari, in quo solo omnes illas facies simul contineri ait. Verus enim homo fuit, dum carnem humanam induit; bos, qui solus Sacrificiorum victima, in passione, Leo in resurrectione, aquila vero in ascensione.

Omnes hæc conceptus expositionesque magni, vti debeo, facio; tamen communis opinio, quam sequi oportet, quamque plerique Patrum etiam secuti sunt, est, quatuor hæc animalibus, quatuor Euangelistas designari. Carterorum testimonij omisſis vnicum producã Hieronymum, qui mysterium hoc exponens, ita hæc animalia vnicuique applicat, *Prima hominis facies Matthæum significat, quia quasi de homine exorsus est, Liber generationis Iesu Christi, &c. Secunda Leonis Marcum, in quo vox Leonis in eremo rugientis auditur, cap. 1. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini. Tertia bouis Lucam, quod à sacrificijs & sacerdote Zacharia exorsus sit. Euangelium suum. Quarta denique Ioannem, quod velut aquila alis assumptis ad sublimia euolans, de verbo æterno disputauit, deo, diuina Messia generatione late disseruit.*

Hæc quatuor Euangelistarum figura ac præsentatio mirum in modum mihi aridet, tum ob rei ipsius dignitatem, tum ob circumstantias, quæ eidem adhærent in primis in eo, quod dicuntur hæc animalia plena esse oculis ante, retro atque etiam intus: cuius mysterij egregiæ & luculentæ adferuntur à multis rationes. Prima ob perfectam myteriorum fidei sacris Euangelistis communicatam cognitionem; ante quidem, quod scientia rerum

4. Virtutes Cardinales per animalia Apoc. denotantur.

In Proemia D. Hieron. super 4. Euang.

Christus in 4. his animalibus designatus.

In proemia super Euangel. Matth.

Cur hæc animalia oculos habuerint intus & ante, & retro.

rerum futurarum donati essent : retrò verò, quòd præterita vt presentia intuerentur ac perspecta haberent; intus denique, quòd cogitationes & animi conceptus pura & recta discretione moderentur. Huius expositionis auctores habeo sanctum Augustinum, Venerabilem Bedam, & Richardum de sancto Victore Altera, animalia hæc habebant oculos antrorsum, & retrorsum, vt hinc euidenter appareret, Euangelistas omnia tum veteris, tum noui Testamenti mysteria Sacramentaque continere, quod fides, quam vtrumque hoc testamentum denotat, omne tempus tum futurum, tum præteritum, tum proximum distantia complectatur.

Num. 2.

Occasione quatuor horum animalium egregium in libro Numerorum detego mysterium : Tribus Israeliticæ cum in terram promissionis per desertum Arabiæ contenderent, & castrametandum circa vesperam esset, in quatuor partes ac veluti signa vniuersas copias disperserunt. Ad Orientem regia tribus Iudæ cum Issachar & Zabulon castrametabantur, ad Meridiem Ruben, Simeon & Gad; Occidentem spectabant Ephraim, Manasses & Benjamin; Dan verò & Aser & Nephthaim in Septentrionem vergebant: ad eò vt ingens hoc agmen in quadrum semper esset dispositum, ac velut sub quatuor ducibus primipilisque constitutum; quibus Rabbi Abraham, referente Abulensi, quatuor illas Ezechielis figuras, & Ioannis animalia accommodat; Iudæ vexillo appingens aquilam, Rubenitarum hominem; Ephraimi leonem; Danitarum vitulum; atque hæc reuera animalia in omnibus hisce vexillis inscripta fuisse. Alij etiam aliter interpretantur, dicentes, in vexillo Iudæ fuisse leonem, ob id quod in Genesi scriptum legitur. *Catulus leonis Iudæ*; hominem in Rubenitarum, quod primus homo fuerit è stirpe Iacob prognatus, & filius illius primogenitus, vituli in Ephraimitarum, quod filius Iosephi fuerit, cui hoc Moyses in Deuteronomio elogiū dedit, *quasi primogeniti tam pulchritudo eius*; serpentis verò in Danitarum, ob id quod in Genesi legitur, *fiat Dan coluber in via, corasles in semita.*

Gen. 49.

Deuter. 33.

Gen. 49.

Figura.

Qui propius fundum, essentiam, & omnes mysterii huius circumstantias perspexerit, videbit hanc dubiè Ecclesiæ hanc aciem figu-

ram fuisse, hoc enim modo de illa Salomon in Cant. 6. Cant. 6. Canticis locutus est: *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* Iam verò sub quatuor primarijs vexilliferis, i. in fide & doctrina quatuor Euangelistarum in mundi huius solitudine locata est, primum castrorum vexillum hominis imaginem gerit, id est, sanctus Matthæus, secundum leonis, quod Marcus, & sic de alijs. Ad quorū honorè cum tot egregias de numero illorū figuras iam produxero, procedā vltorius, atque hic breuitatem consecrando, de illorum dignitate non nihil agam, omnesque ad eorum laudes decantandas mirabiliaque de miranda excitabo.

Dignitas, eminentia & maiestas quatuor horum secretariorum sacrorum hinc colligi primo potest, quòd dignius & excellentius Testamentum, quàm olim Moyses aliique Prophetæ à Deo acceperint, conscripserint & tradiderint: in hoc enim quod Euangelistæ conscribere, omnes iustificationis nostræ codices, & remissionis peccatorum omnium hominum literæ continentur, quos Moyses articulos nunquam ausus fuit conferbere, aut Prophetæ suis promittere. Neque enim lex vetus ex se peccata remittere potuit, Euangelio enim hoc reseruatū erat. Testatur hoc Apostolus ad Galat. *Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro*, id est, nulla caro; hoc est, nullus ex operibus legis veteris ad iustificationem pertingere potuit. Cuius rei figuras duas in aciem producā, è veteri Testamento vnā, è nouo productā alterā.

IV. Euangelistarum dignitas Moyses & Prophetis maior.

Gal. 2.

Giezi Eliazæ seruus cum baculo Prophetico 4. Reg. 4. ad Sunamitidis ædes destinatus, filium illius mortuum ad vitam reuocaturus, nihil omnino efficere potuit, sed operam lusit, nec mortuus puer ad vitam reuertit; ad eò vt ipsum Prophetam venire necesse fuerit, qui nullis armis, baculo nullo instructus, in defunctum superineumbens, membraque defuncti membris singula adaptans, dulci quodam spiramine vitam illi simul & animam reddidit. Defunctus hic erat homo peccato mortuus, Sunamitis Ecclesiæ, Giezi seruus quis alius quàm Moyses? qui à Deo cum dura & cruda legis antiquæ virga missus nihil omnino quoad peccatorum abolitionem, & hominis iustificationem efficere potest, ad eò vt ipsum Dominum, Christum Iesum scilicet descendere

necesse fuerit : ipse igitur venit nō virga, non baculo instructus, atque inhumanitati nostrę superincumbens, naturęq; humanę membris se se accommodans, leuissimo Spiritus S. halitu ac cęlesti spiramine, sanitatem, salutem & vitam homini reddidit. Hoc scilicet Euangelio referuatum erat.

Luc. 10.

Adam vulnerato huic similis.

Alteram figuram in Luca Euangelio videre est, idque sub tragicę cuiusdam historię inuolueris, in qua miscellus quidam per Hierichuntis deserta iter carpens, in barbarorum latronum manus incidit, qui omnibus illum vestibus despoliarunt, graua illi vulnera infligere, ac feminecem in loco deseruere. Et ecce dum plures per viam illam descenderent, hominemque quidem cernerent, sed non mouentur, alios inter venit & Sacerdos, ac deinde etiam Leuites, postremo etiam Samaritanus. Primi duo nullo ad miserum respectu habito pertransiere; sed solus Samaritanus misericordia motus intrinsecus, illum in iumento posuit, ad proximum diuersorium deduxit, illiusque diligentem a Medicis haberi rationem voluit. Miser hic viator saucius & nudus fuit protoplastus Adam; latrones qui illum despoliarunt, & tam male habuerunt, peccata; despoliatio fuit gratię amissio, vulnera excecatio mentis, voluntatis peruersio, concupiscentię infirmitas, & carnis rebellio. Atque ita semianimis, nihil preter nudam naturam habens, quę non nisi media vita est, cum quinque annorum millibus in loco miser iacisset: transiit Sacerdos & Leuites, qui caritatem quidem eius videre, id est, lex vetus & Sacerdotium, sed pertransierunt, nullumque egro leuamen attulere. Aaron velut summus Sacerdos preterijt, & Moses vt Leuita, neuter tamen vllam miscello peccatori opem attulere At Christus Dominus, quem toties Iudei Samaritanum appellarunt, (*Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es?*) cum tandem Euangelij tempore transiret, miser peccatoris miserus est, vulnera alligauit, plagas abstulit, & integram sanitatem attulit. Qua figura denotatur, iustificationem & peccatorum remissionem veteri legi denegatam Euangelio referuari: cuius cum Euangelistę secretarij fuerint, magnam eorum dignitatem & eminentiam esse, euidenter apparet.

Denique horum commentatorum & notatorum dignitas ex hoc etiam spectari potest. Quidquid scribere & consignauere, perfectum instrumentum est, & legem penitus perfectam continens, cum qui scribendo illos præcessere, nihil omnino recipere ac scribere præter legem imperfectionibus & erasionibus obnoxiam, qualis Mosaica fuit, & qualem Prophetę prædicarunt. Quod ex mente D. Pauli assero dicentis, *Reprobatio fit præcedentis mandati* (id est, veteris Testamenti & legis) *propter infirmitatem eius & inutilitatem, nihil enim ad perfectum adducit Lex.* at dum de ijs quę Euangelistę nostri scripsere loquitur, legem potentem, virtute plenam, salutemque omni, qui eam amplexus fuerit, asserentem appellat. Ita enim in epistola ad Romanos loquitur: *Nō erubescō Euangelium, virtus enim Dei est, ad Rom. salutem omni credenti.*

Tertiō, honor, gloria, & excellentia Euangelistarum hinc patet: quod contractus & Testamentum, quod scribere, omni orbi vile si fuerit, adeo vt cęlestia & æterna promittat, cum vetus non nisi temporalia & terrestria sponderet. Deinde quod hoc testamentum Patris pro Filio, *dedit eis potestatem filios Dei fieri*; illud vero non nisi Domini pro Seruo: ita quippe mihi præiuravit Apostolus, *non accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore*, inquit, *sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum*, in quo clamamus, *Abba Pater*. Quem locum Theoporet. exponens, ait: *Appellat Apostolus seruitutem vitam, quę sub lege veteri agit. S. Augustinus vtrumque complexus ait, in veteri Testamento erant onera seruorum, in nouo gloria liberorum.*

Quartō, sanctorum Euangelistarum eminentia eo etiam nomine extolli debet, quod Deus illos ad legem amoris, gratię, remissionis, & omnium criminum indulgentię & amnestię conferendam selegent: cum quid quid alij ante illos scripsissent, timore, rigore, iustitia, decretisque grauib; & intolerabilibus plenum fuerit. Atque ideō fortasse hæc amoris lex in die Pentecostes promulgata fuit, quo die Spiritus sanctus cęlo descendit, qui est amor & simul illius auctor & origo, quin & legislator eam promittens, ait, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis graui simo legis veteris onere; & ego reficiam vos,*

Mo-

Mosaicarum constitutionum pondere excus-
so *Diserte à me, quia mitis sum, & humilis cor-
de;* videte vt iam non amplius cingat ignibus,
nubibus & tempestatibus, videte me iam non
in sonitu buccinæ & tonitruu, vt olim in mōte
Sinai, loqui ac docere, sed benignè ac suaviter
vobiscum agere, verbis mellitis & corde gra-
tiam & misericordiam spirante.

Matth. II.

Nouum te-
stamentum
onus leue

Atque idcō nouum Testamentum, per Eu-
angelistas receptum, onus leue dicitur, Mosai-
cum verò, iugum graue, intolerabile & du-
rum. Quod etiam confirmo: in primis enim
in Euangelio de lege sua legisla or ait, *Iu-
gum meum suauē est, & onus meum leue.* De-
inde in Actis Apostolorum Princeps ita illos,
qui Christianos ad legem Mosaicam seruandam
compellere conabantur, alloquitur: *Quid
tentatis Deum, imponere iugum super ceruices
discipulorum, quod nec Patres nostri, nec nos
portare potuimus?* Quare in huius rei signum

Act. 15.

Exod. 17.

Moylis manus graues & ponderosæ fuisse di-
cuntur, quod grauem & intolerabilem legem
hominibus attulissent. Atque huc habito re-
specta dixit olim Augustinus, legem veterem
sarcinam esse veterum observationum. Iam
graue porro & durum onus hoc legale fuit, vt
in Mosaiico digesto sexcenta & tredecim præ-
cepta continentur, scilicet ducenta quadra-
ginta octo affirmatiua, & trecenta sexaginta
quinque negatiua. Euangelista igitur fuerit,
qui Mosaiicas à nobis obseruationes abstulit.
Atque idcō eorum dignitatem excutiamus
profundius.

Serm. 9. de
verb. Dom.
Legis vete-
ris manda-
torum nu-
merus.

Euāgelista-
rum digni-
tas quod te-
stamentum
Messia ac-
ceperint.

Quintò in eo exstiterē mirabiles, quod ip-
sum Testamentum Filij Dei vnigeniti recipe-
re, omnia Ecclesiæ negotia pertractare, Sacra-
menta & mysteria omnia conscribere, vi-
tam, mortem, prædicationes, miraculaque
Messia digerere, mūdi redemptionem, pacem
inter Deum & hominem conciliatam, pecca-
torum remissionem, cælorum apertionem, a-
liaque magni momenti notare, ac præsertim
legem, quam ipsemet Christus Dei Filius attu-
lerat, committere scripto digni habiti sint,
eum vetus ac Mosaiica, non nisi per Angelos in
monte Sinai lata fuerit. Testatur hoc etiam

Ioan. 1.

Act. 7.

Ioannes dicens *Lex per Moysen data est, gratia
& veritas per Iesum Christum facta est.* Quin
& in Apostolorum Actis, *Accepistis legem in
dispositione Angelorum, & non custodistis.* Et

Apostolus epist. ad Galat. *Lex, inquit, ordinata
per Angelos.*

Non hic controuerto an Moyses è manu
Dei legem receperit, an verò per Angelum, a-
lijs hoc relinquo, mihi suffecerit loca hæc vel-
ut valida contrariæ sententiæ argumenta at-
tulisse.

Sexto denique fieri hi sanctissimi Spiritus Euangelicū
scribæ, & religionis nostræ protonotarij in hoc
laudem & præconium merentur, quod quid-
quid scripserint consignarintque, verissimum
& certissimum sit, adcō vt illorum signa te-
stimoniaque Angelicis etiam assertionibus
præferenda sint. Docuit hoc me Apostolus,
qui legis Euangelicæ veritatem exegerans,
spirituum cœlestium verbo eam præferen-
dam tradit. Audite quid ad Galatas scribat, *Li-
cet nos aut Angelus de cælo euangelizet vobis
præterquam quod euangelizauimus vobis, ana-
thema sit.* Ane audacius, liberius, mirabilius-
que loqui poterat Paulus, & alius verita-
tem Euangelicam extollere? Sanè Angelus ab
infernis sedibus prodiens, mentiri ac fallere
potest, non verò Angelus cælo descendens.
Hac tamen hyperbolica loquendi libertate &
exaggeratione vsus est, vt constantem & infal-
libilem eorum, qua Euangelistæ scripserit, cer-
titudinem demonstraret, in ore enim Angeli
potius falsum & mendacium reperias, quam
in verbis Euangelij: hoc enim qui diceret, nã
ille Deum fallacem mendacemque statueret,
in cuius suprema ac sincera veritate omnis Eu-
angelij veritas stabilitur.

Euangelicū
testimoniū
præpoderat
Angelico.

Gal. 1.

Chrysostomus hunc locum componens ait:
*Etiā ipsis Angelis, inquit, è cælo descendenti-
bus proponit Paulus scripturas, idq; valde con-
gruenter, siquidem Angeli quamlibet magni-
ferui sunt & ministri: ceterum omnes scriptura
non à seruis, sed ab vniuersorum omnium Deo
ad nos venerunt.*

In 1. ad Gal.

E quibus omnibus efficitur, excellentiam
sanctorum Euangelistarum eximiam esse, cum
ipsi secretarij fuerint, qui omnes fidei nostræ
articulos consignarunt: sancti Spiritus calami,
per quos omnia mysteria scripta sunt, præco-
nes & buccinæ, que per oēs terrarum regiones
Incarnationem, passionem, resurrectionem &
admirabilem Messia ad cælos ascensum diuul-
gauerunt; & sanè illorū dignitas singularis est, si-
milèq; non habuit, vtpote qui Moysè excellen-
tio-

tiore & maiores fuerint. Moyses enim non nisi imperfectam & rigidam, & grauem quæ maximè legem dedit, quæque seruatorum erat, ac tandem penitus abolita est: hi verò perfectam, amoris & dulcedinis plenam, leuem, o-neris expertem, honesta libertati innixam, quæque in æternum duratura est. In cuius rei figuram vidit Ioannes in Apocalypsi Angelum per medium cælum volantem, quique Euangelium æternum haberet, *vidit alterum Angelum volantem per medium cæli, habentem Euangelium æternum.* Quin & ipse Christus legislator hoc asserit, dicens; *Hic est calix sanguinis mei noui & æterni Testamenti.* Per nouum hoc & æternum Testamentum Euangelium intelligit.

Apoc. 14.

Li. 6. 22.

Denique eorum dignitas & splendor satis exprimi nequit, cum tantis eos Deus priuilegijs donauit, vt omnia Filij Dei secreta, omnem Religionis nostræ ordinem conscripserint, eorumque tanta sit veritas, vt angelico testimonio præponderet. Quamobrem hæc, quæ in genere hic dixi, modò sufficiant, atque ita priori parti satisfeci, vt sigillatim ad sanctum Marcum deinde, qui vnus è numero quatuor illorum secretariorum fuit, descendere, eiusque merita virtutesque separatim describerem, quæ altera concionis pars futura est.

S. Marcus dicitur S. Petri filius.

Sanctus Marcus igitur natione Iudæus, scientia clarus, post Christi in caelos ascensum, Iudæorum superstitione relicta, veritatemque Euangelicam amplectens, principi Apostolorum se comitem adiunxit, eumque Romam vsque, velut pastorem ouis, doctorem discipulus, & patrem filius secutus est: tamque familiaris summo Pontifici fuit, suum vt filium ille diceret, ita quippe in Epistola sua scripsit, *salutat vos Marcus filius meus.* Filium dicit, quod illum in spiritu genuisset, Euangelio peperisset, suisque cum manibus baptizasset.

1. Petr. ult.

Act. 12.

15. ad Colof. ult. ad Philem.

Niceph. lib. 2. c. 15.

Alij longius à veritatis via recedentes, illius ortum inuestigare conati, existimarunt, Ioannem Marcum, affinem Barnabæ Apostoli, cuius in Actis Apostolorum habetur mentio, eundem esse cum Marco Euangelistâ: ita sibi persuasit Alexander in vita Barnabæ, D Hieronymus in suis ad Epistolam ad Philemonem commentarijs, Nicephorus, Theo-

phylactus in prologo in sanctum Marcum, Theophyl in Euthymius & Sixtus Senensis. At incerta est *Prolog. Marc.* hæc opinio & nonnisi opinio, & contrarium *Sixt. Senen.* verius esse colligitur ex actis martyrij sancti *Ep. 1. 2. Bibl. Marc.* Marcæ Euangelistæ, mortuus enim traditur octauo Neronis anno: alter verò confanguineus ille Barnabæ etiam quartodecimo illius anno vixisse perhibetur, quod verbis Apostoli probò, hic enim in secunda ad Timotheum epistola, quam circa decimum quartum imperij Neroniani annum scripsit, vt pote iam martyrio proximus, Marcum ad se deduci postulabat: *Marcum, inquit, assume, & adduc tecum, est enim mihi vitulus in ministerium.*

Quod autem eo tempore & anno Apostolus epistolam scripserit, ex alijs eiusdem Epistolæ verbis colligi potest: dixerat enim ante, *ego iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat,* id est, morti iam proximus sum, quæ propediem adierit. Hinc igitur apparet, nūms alijs argumentis coætuatis, non vnum eundemque virum esse, sed duos diuersos.

Maiorem etiam errorem alruere conatus est Nicephorus, sed ignorantia lapsus est: adstruit enim, nescio quo nexus fundamento, Marcum sancti Petri sororis filium esse, atque proinde illius cognatum, nisi fortasse sum, inde collegerit, quamuis perperam, quod Princeps Apostolorum filium illum suum appellare non dubitavit, vt iâ paulò ante dixisse memini. Quod enim Nicephorus hic scribit, non minus erroneum est, quam illud fabulosum Cardinalis Baronij iudicio, quod S. Isidorus tradit, S. Marcum, ne ad sacerdotium promoueretur, pollices sibi præcidisse.

Lib. de vitâ Sanctior.

His omnibus igitur omisis, dico sanctum Marcum haud multò post Matthæum Euangelium suum tempore conscripsisse: cuius angelium proinde compilator & abbreviator dicitur. S. Matthæus Nam vt verum fatear, S. Marci liber nonnisi epitome, compendium est Euangelij sancti Matthæi. Credit Irenæus post mortem Apostolorum Petri & Pauli Marcum scripsisse, sed sententia hæc cum veritate non coincidit: certum quippe est, Marcum teste sancto Hieronymo lib. 3. de viris illustribus, & sancto Isidoro lib. de Patribus noui Testamenti, quod & Martyrologium Romanum confirmat, octauo Neronis anno occubuisse: gloriosi autem Apostoli quartodecimo eiusdem supplicio affecti dicuntur.

Lib. 3. c. 1.

Quo tēpore
S. Marcus
Evangelii
scripsit.

enitur, uti ex Eusebio alijsque colligere est. A deo ut post Apostolorum mortem (utpote ante alios iam mortuus) scribere Evangelium non potuerit. Scripsisse igitur verisimile sit circa tertium annum Claudij, paulo ante quam Roma profectus in Aegyptum concederet, decimo circiter post ascensionem Dominicam anno: testantur hoc Eusebius in Chronico, Theophylactus & Euthymius. constat quippe secundo illum Claudij anno cum Apostolo Petro Romam venisse, ac deinde sequenti anno animum ad Evangelium scribendum applicuisse.

Euseb. ex
Clemente
& Papiā,
lib. 2. c. 45.

Quam verò ob causam id scripsit, docent Patres, atque inter alios Eusebius ex Clementis & Papiæ testimonio, ait enim, *Non suffecit auditio istis, qui Petrum predicantem audierant, sed Marcum discipulum eius omnibus precibus exoratum, verba, qua ille verbo predicabat, ad perpetuam eorum comonitionem scriptura tradaret.* idem quoque tradit sanctus Athanasius, sed alijs verbis, *Evangelium secundum Marcum Roma quidem ab Apostolo Petro predicatum est, editum verò à sancto Marco, & ab ipso Alexandria postea, & in Aegypto, & in Pentapoli, & in Libya predicatum.* Testatur hoc ipsum & S. Hieronymus, dicens: *Marcus & interpres Petri iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Roma à fratribus, brevis scripsit Evangelium.* Epiphanius item Cyprj Episcopus, qui temporibus Imperatorum Valentiniani, Gratiani, Theodosij & Arcadij floruit, quique adeò doctè aduersus octoginta hæreses scripsit, eandem rem testimonio suo consignavit, *statim post Matthæum insecutus Marcus, est in usus à S. Petro Roma Evangelium edere, & ubi scripsisset, mittitur à sancto Petro in Aegyptiorum regionem.*

In synopsi.

Quam verò ob causam id scripsit, docent Patres, atque inter alios Eusebius ex Clementis & Papiæ testimonio, ait enim, *Non suffecit auditio istis, qui Petrum predicantem audierant, sed Marcum discipulum eius omnibus precibus exoratum, verba, qua ille verbo predicabat, ad perpetuam eorum comonitionem scriptura tradaret.* idem quoque tradit sanctus Athanasius, sed alijs verbis, *Evangelium secundum Marcum Roma quidem ab Apostolo Petro predicatum est, editum verò à sancto Marco, & ab ipso Alexandria postea, & in Aegypto, & in Pentapoli, & in Libya predicatum.* Testatur hoc ipsum & S. Hieronymus, dicens: *Marcus & interpres Petri iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Roma à fratribus, brevis scripsit Evangelium.* Epiphanius item Cyprj Episcopus, qui temporibus Imperatorum Valentiniani, Gratiani, Theodosij & Arcadij floruit, quique adeò doctè aduersus octoginta hæreses scripsit, eandem rem testimonio suo consignavit, *statim post Matthæum insecutus Marcus, est in usus à S. Petro Roma Evangelium edere, & ubi scripsisset, mittitur à sancto Petro in Aegyptiorum regionem.*

Hæresi 51.

Euthymius, magni apud Græcos nominis omnibus his testis accedat, suumque symbolum profereat: *Marcus, inquit, à Petro totum Evangelij sermonem didicit, & postmodum Evangelium conscripsit.* Post omnes hæc testes irrefragabiles addo, quamuis Marcus Evangelium à S. Petro didicerit atque audierit, à Deo tamen illi id reuelatum fuisse, & à Spiritu sancto dictatum, uti & alijs Evangelistis; alioquin enim scripta illius certa & indubitata non essent, fideique inuiolatæ, nisi diuinæ reuelationi inniterentur.

Beff. de Sanctis.

In proem.
Marci.

Beff. de Sanctis.

Diximus, quo tempore, loco, & qua occasio. Quo idiomate Evangelium noster hic Evangelista scripsit. Mate Marrit, discutiendum iam restat, in qua id lingua scriptum sit. S. Hieronymus inter primos semper se ad questiones in sacra Scriptura occurrentes dissoluendas offerens, in genere loquens ad Damascum ait, oēs omnino Evangelistas vnicō Matthæo excepto, (qui scripsit Hebraicè) Græcè Evangelium scripsisse. suffragatur huic & Augustinus; ecce illius verba, *Quatuor, inquit, Evangelistarum solus Matthæus Hebræo perhibetur scripsisse eloquio, ceteri Græco.* Credunt tamen Syri Marcum Latine scripsisse: quorum opinionem sequitur & Genebrardus libro 3. Chronologiæ cum alijs, quos citat & Cardinalis Baronius. Et verum ut fatear, crediderim utramque partem verisimilia dicere, ac credibile videri S. Marcum utraq; lingua scripsisse, Latine quidem Romæ cum esset, Græcè vero tū in Aegypto, Pentapoli & Libya commoraretur.

Omnibus hæc difficultatibus superatis dicendum est, Marcum nostrum quemadmodum hodie inter summos cœli incolas æcensetur: illustres vita in mundo egregium & magnum virum exornatissimè, quod è nomine illius colligere est, quoniam nominatos viros tū literis, tū armis celebres: video doctrina quidem M. Ciceronè, M. Varonem, aliosque plurimos: armis vero M. Aurelium, M. Antonium, M. Crassum, M. Attilij Regulum, aliosque innumeros: quibus si quod heroicum nomen, Marcus, decus & ornamentum attulit, longè profectò maius Marco nostro Evangelistæ attulisse censeo.

Missio nem quoque & legationem, quæ illi iniuncta fuit, magno illi ornamento ac decori Missus ad fuisse comperio: missus quippe est ad ciuitatem Alexandriam, illam ut Christi Evangelio nos conuerteret, quæ totius Aegypti, & totius orbis tendos, testibus historicis præter vnam, caput S. Petrus Romæ, quæ terrarum caput & princeps, cum commoraretur, & S. Marcum ad alteram, quæ ei dignitate quàm proxima, Alexandriam scilicet destinauerit, credendum haud dubiè est, magni illum meriti fuisse, non enim sit verisimile, Spiritum S. tam eximij loci gubernationem conseruationemque alij, quam generoso & strenuo duci crediturum fuisse.

Sancta hæc & excellens missio, qua sanctus hic Evangelista Alexandriam missus fuit, longè ante tempore fuit presignata, Pietus enim

Lib. 25. hie-
roglyph.

Mirabile
quid in
fundatione
Alexandri-
nae urbis.

Psalm. 147.

Alexandria
primo Leo-
topolis di-
cta.

Philippi
Macedonis
Comnium.

Petrus Da-
mianus.

Valerianus refert, cum prima urbis huius fun-
damenta iacerentur, eiusque forma magnitu-
doque delinearetur, nullaque creta aut gypsus
circumquaque inueniretur ad loca & limites
designandos, farinam mēsores adhibuisse, quae
quamprimum ab auiibus circumquaque aduo-
lātibus deuorata fuit. Varijs hoc augures mo-
dis interpretati sunt, sed Deus sua illos arcana
celans, postea euidenter ostendit, designatum
iam tum fuisse, venturum aliquando tempus,
quo B. Euangelista Marcus hac in urbe prima
Euangelij fundamenta ponens, sancta hac fa-
rina & pane coelesti, id est, Eucharistia, de quo
Propheta ait, *Et adipe frumenti sariat te: vesti-*
gia & notas cōspargeret, ad cuius odorem ma-
gna quamprimum Religiosorum, Anachore-
tarum, Eremitolarumque multitudo conflue-
ret, qui auium instar post Euangelistae huius
aduentum & praedicationem in vastam ac de-
sertam Aegypti solitudinem volarunt, & ibi-
dem sanctissime vixerunt.

Cum vero Alexandrinae Urbis mentio hic
inciderit, aliud quid addam. Urbs haec ab Ale-
xandro iam inde à primis fundamentis Leon-
topolis, id est, ciuitas Leonis dicta est, cuius
nominis hanc fuisse causam tradunt. Somnia
uit Philippus Macedo iam olim uxorem O-
lympiadem, interea dum Alexandrum vtero
gestaret, leonem vtero ferre: quod augures &
diuinatores de Alexandro exposuere, qui verè
leonis instar animosus fuit & generosus, atq;
vt leo animalium omnium generosissimus est,
ita illum omnium hominum generosissimum
ferre. Ipse quoque Alexander deinde Leonis se
nomine appellari voluit, & leonis exuuias
Herculis instar indutus, depingi: ideoque etiā vr-
bē hāc à leone nomē mutuari voluit. Sed aliud
longè intendit hoc nomine Deus: nam ideo
illam leonis nomen gestasse crediderim, mun-
do vt manifestum fieret, eo venturum aliquā-
do virum, ad conuersionem illius procuran-
dam, cuius symbolum esset leo, Marcum in-
quam Euangelistam.

O felicia praesagia! o urbem verè beatam,
tam eximium quae doctorem nacta es, tam ex-
cellentem praekonem & Apostolum! Ita enim
Petrus Damianus exclamat de S. Marci, post
quam Alexandriam appulit, martyrio agens,
deque cultu, quem reliquijs eius Italia deser-
uit: *Benta es Alexandria triumphali hoc sanguine*

*purpurata: felix & tu Italia corporis huius the-
sauri diues effecta.* De alio porò dum loqui-
tur, crediderim de Veneta illū loqui republica,
quae gloriosum hunc sanctum in patronum
delegit, corpus illius magna reuerentia asser-
uat, leonemque, qui illius symbolum in infi-
gnibus & vexillis defert.

Quā praelari mihi hoc leonis nomine cōce-
ptus sese offerūt: Primo in Prou. de leone scri-
ptū legimus. *Leo fortissimus bestiariū ad nullius*
panebis occursum. Quod non incepte S. Marco, *Prou. 30.*
praelato Ecclesiae leoni accommodari queat,
qui fortissimus & generosissimus quidā Dux,
qui nunquam ad vilius discriminis, quod sese
obtulit, occursum expauit, sed omnes contra
AEgypti Principes fecit contremisere, idola
subuertit, superstitiones aboleuit, rotiusq; re-
gni sedem & caput ad Christi fidem perduxit.

Salomon in templo ingens quoddam vas
collocauit, quod mare fusile nuncupauit, quod
duodecim bouum humeris gestabatur, ac circū-
quaq; Cherubinos, palmas, & leones habebat
inseulptos: *Sculpsit quoq; in tabulis illis, quae e-*
rant ex aere, & in angulis Cherubin, & leones, &
palmas. Vas hoc fusile Ecclesiam haud dubie
denotat, ac duodecim illi boues duodecim A-
postolos: Cherubim verò doctrinam praelato-
rum, palmae & leones martyriū victorias, inter
quas Marcus noster excellit, ideoque leonis illi
imago, velut generositatis index attributa est.

In libro Iudicū de leone sermo est, in cuius
mortui faucibus fauus mellis & examen apum
inuenta: *Et ecce examen apum in ore leonis erat,*
ac fauus mellis. quo viso obstupelcentes Phi-
lippi exclamarunt, *Quid dulcius melle, &*
quid fortius leone? Exponite hoc, quomodo docū-
que volueritis equidem dixerō, idem omnino
de Euangelista nostro dici posse: verè enim leo
fuit, illius enim imaginem gerit, qui occisus,
id est, martyrio affectus Alexandriae post mor-
tem melle & dulcedine plenus repertus est,
gratia, inquam, virtute & sanctitate: eque & ex
doctrina, quae illius ab ore profecta erat, examē
apum ortum est, magna scilicet fidelium, Eremita-
tarum, sanctorumque Religiosorum multitu-
do, qui post mortem eius vniuersum AEgyptū
monasterijs repleuerit, adeo vt non iam Philippi-
stijm, sed AEgyptij mirati, tantaeque rei noui-
tate percussi, exclamauerūt: *Quid dulcius mel-*
le? quid fortius leone? Quid in quā dulcius melle
vrbis

Psal. 118. verbi Evangelici, de quo Psalmista, *dulciora super mel & fauam.* & alibi: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & fauam ori meo?* Quid etiam fortius & validius leone, id est, Marci Evangelistæ animo?

Apoph. Diogen. Et sanè leo animantium Rex, semper hactenus symbolū & insigne fuit fortitudinis. Hinc Diogenes Cynicus animi sui magnitudinem & vires ostensurus, leoni se conferre non dubitavit, adeò vt cum quodam tempore seruus Xeniadis factus esset, & amici sortem illius deplorent, omnemque operam darent, illum vt in libertatem pristinam vindicarent, illorum voluntatem impediens dixerit, *An nescitis leones non is seruire, à quibus aluntur, sed altiores potius seruire leonibus?* Longè hoc apophthegma foret venustius, si sancto Marco accommodetur: nam Deus inuincibilem illius animum & robur infractum demonstraturus, leonem ei in symbolum dedit: cumque inter idololatrias & gentiles ageret, & coram Regibus & Monarchis rem & causam Christianorum ageret, eorum voluntati non cessit, prona eorum molimina demens non est secutus, sed ipsi potius persuasione, & prædicationis efficacia permoti, vitæq; miraculis inducti erant, Marco morem gesserunt. Paulianus Græcus auctor tradidit Agamemnonem strenuum illū, si quis villus, ducem ad animi robur generositatemq; patefaciendam & inimicos nominis sui terrore percellendos, clypeum efformasse, cui leonis imaginem inculpsit, hoc addito symbolo:

Terror hic est hominam, quiq; hunc gerit est Agamemnon.

Clypeus Agamemnonis. Hoc ipsum de S. Marco dici merito etiam potest, valido illo & generoso Ecclesiæ Duce, qui leonis imaginem non in clypeis modò &ymbonibus, sed in calamo, & scriptis inculptum gerens, Ethnicorum Principum terror, gentium formido, infidelium pauor fuit, variaque animi sui magnitudinis argumenta tum Romæ, tum Alexandriæ, Cysenæ, & Pentapoli demonstravit.

Chabrias apophthegma. Chabrias Atheniensium Dux, vel vt alij censerent, Philippus Macedo, dicere solebat, agmen ceruorum, leone ductore, fortius ac validius esse, quam leonum duce ceruo: equidem eorum opinioni tertius accedo, ac cenleo hoc esse verissimum: & Deum septuaginta duos disci-

pulos cum elegisset, meticulosos, imbecilles, ceruoque fugaciores, quibus vniuersas mundi vires protereret, ac subigeret, sanctum illis Marcum, per leonem designatum, ducem, ac ductorem præfecisse, atque imbecille, atque imbelle hoc agmen maiora profecto effecisse, quam omnes Philosophorum, Tyrannorum ac Principum terræ, qui præ feritate leones erant, copiar, ceruo, id est, timore, & ignorantia ductrice simul conglobata.

Hæc quidem ex humaniorum literarum horto decepta sunt, iam Theologicam palæstram adeamus, & semper de leone agentes. Agnoscit Ecclesia quatuor Evangelistas, velut quatuor Christi testes, de quo quatuor perhibenda sint testimonia. Primum de illius humanitate, quod S. Mathæus tulit, illius genealogiam & originem describens, ideoq; in hominis vultu designatur. Secundum de illius diuinitate, atque hoc Ioannes Evangelista perhibuit, *Hic venit, vt testimonium perhiberet de lumine:* qui tam sublime euolauit, dicens: *In principio erat verbum, &c.* ideoq; aquila illum denotat. Tertium de illius morte & passione, atq; à Luca hoc affirmatum est, qui pluribus de eisdem egit, quem proinde vitulus designat, animal in sacrificium offerri solitum. Quartum deniq; de resurrectione, ac de hac Marcus noster testatus est, qui illam egregiè descripsit, ideoq; in leone representatur: eo quod leonculi profundo somno sepulti, tertio demum die horrendo parentum rugitu euigilent & excitentur. De quatuor hisce testibus apud Ezechielem sermo est, vbi dicit, *similitudo autem vultus eorum, facies hominis, & facies leonis, &c.* *Ezech. 1.*

Quatuor Evangeliste
quatuor Christi testes.

Vterius progredior, scriptum in Exodo legitur, in mystico summi Iudæorum Pötificis ornamento, voluisse Deum, vt è tunicæ exterioris fimbria septuaginta mala granata dependere, & tot etiam intermixtim argentea tintinnabula Huius cæremoniæ expositionem apud veteres Patres dum exquiro, video mala hæc & campanulas septuaginta, aut septuaginta duorum discipulorum figuram fuisse, qui pretiosum & eximium Ecclesiæ ornamentum fuere, quorumque Princeps Marcus noster exstitit, cuius odor velut è pretioso quodam fructu profectus, omnes affluit, cuiusq; vox, velut magna quædam campana, per oēs Aegypti, Pæapoleos & Libyæ fines perfonuit. Et

Exodi 25.

an nō putatis de illorum hunc etiam numero fuisse, de quibus in Psalmo habetur mentio? *In psalm. 118. omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.*

Finem non reperiet concio, si longius in præconiorum viri huius Oceano proueheret, ad illiusque honorem referrem, quicquid è facta Scriptura de illo dici potest: quamobrem portum ingrediar, contractisque orationis velis finem faciam, relato prius breui hoc, sed docto alioqui D. Hieronymi de illo elogio, *Marcus Euangelista* inquit) *Dei electus, & Petri in baptisinate filius, atq; in sermone diuino discipulus, Sacerdotium in Israel agens, secundam carnem Leuita.* Quis unquam maiorem honorem habuit? cuiam maiora decantata acroamata: electum scilicet esse à Deo vas electionis vt Paulus, fuisse filium Principis Apostolorum, dici magni Christi Iesu vicarij manu baptizarum, esse discipulum vniuersalis omnium fidelium, & totius Ecclesiæ Doctorem appellatum, adhæc è Leuitarum stirpe descendere, & sacerdotij nomine insigniri & officio fungi? Quæ omnia cum de sancto Marco dicuntur, verè illum admirabilem & omni ratione venerabilem fuisse prædicant.

Egregia D. Marci episcopi prædicatoris. Illam igitur, Auditores, honoremus, & in illo Deum laudemus, iuxta Prophetæ adhortationem dicentis: *Laudate Dominum in sanctis eius.* Si quo enim in sancto laudari dignus est, ob varia in illum beneficia & gratias collatas, quod scilicet illum in quatuor Euangelistarum Spiritus S. Notariorum, & columnarum Ecclesiæ numerum aggregauit, quod populi Doctorem, verbi concionatorè, gregis pastorem, & agminis sui ductorem constituerit.

Admiremur igitur gloriosum & admirabilem diuinitum mysteriorum secretarium, cū se in illo Deus, quemadmodū in reliquis sanctis mirabilem reddiderit (*Mirabilis Deus in sanctis suis*) admiremur doctrinam & veritatem Euangelij illius, virtutem prædicationis, sanctitatem vite, miraculorum fulgorem, virtutum ornamentum, animæ zelum, in laboribus tolerantiam & martyrij constantiam, admiremur obsecro, & vos ad hoc exhortor, auditores leonis huius fortitudinem, verborum illius rugitus, scriptorum profundum, pere-

grinationum illius labores, tribulationum impetus ac violentiam, victoriam, quam de idolis & idololatriæ reportauit.

Ad te, o generose, strenue, & inuicte Christi miles, Ecclesiæ tuba, religionis scriba, mysteriorum secretarie, Euangelij doctor, vota nostra conuertimus, preces tibi nostras offerimus, tibi que omnes vnanimiter hic in terra supplicamus, vt in cælo pro nobis intercedas. Fac obsecramus, gloriose Euangelista, qui veritatem nobis scripto reliquisti, beatitudinis iter demonstrasti, viam salutis ostendisti, pericula in eadem occurrentia patefecisti, fauorabili ac propitia intercessione tua, hanc vt veritatem seruemus, beatitudines has consecremur, sanctas has semitas sequamur, & ab omni periculo & infornio liberemur.

Generose & admirabilis leo, cuius rugitus, clamores, & prædicatio per vniuersam Libyā, Alexandrina compita, Pentapolitanam regionem, & per vniuersum propemodum Aegypti regnū exaudita est: at rugitus poenitentæ, clamores austeritatis, & verba salutis per desertū paganifini: fac obsecramus, vt intercessione tua nobis annuat Deus: tuo exemplo leonum animam ad mundo resistendum, ad carnis impetus retundendos, leonem illum infernalem prosterendum præferamus, imprimis verò impetra, sancte Euangelista, numquam vt ab Euangelio, quod scripsisti, desectamus, magni illius Dei mandata, quorum tu nobis catalogum proposuisti, seruemus, numquam à seminis, quas tuo calamo adaptasti, & sanguine consignasti, seminis inquam salutis, & ad beatitudinem æternam perdacentibus declinemus, ad quam nos Pater, & Filius, & Spiritus

sanctus deducant, Amen.

